

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Ad Dvctvm Verborvm Difficiliorvm Ezechiel XIII. 17 - 21. De Falsae Notae Prophetiss Agentivm

Halae ad Salam: Typis Grvnertianis, [1753?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn873463536>

Druck Freier  Zugang



a. B.
48. 6. 31.

61.

281

Fa 1092 (61.)

1. Struenke de transitu a morte spirituli ad vitam et.
 2. Baumgarten vindiciae vocis Oeos in oracul. paulini.
 3. Steck. vindiciae libertatis ecclesiae germanicae.
 4. Struenke de perfectione renatorum.
 5. Michaelis demonstracioni sentamen, quod Josephus Israeli filius fuerit.
 6. Ioh. Recht Rabbi ringosson Gruegl-Wahrheit.
 7. Hafe de Stilo prophetae et moysi.
 8. Baumgarten Pax passione enis.
 9. Stiberiz de nomine Messiae.
 10. Baumgarten de limitibz lib. estati consoientiae etc.
 11. Baumgarten de abusu locutionum anthropopathic.
 12. Semler degeneratione monastica
 13. Zachariae illustratio loci act. XVII, 26.
 14. Ellengen praelimina ria ad introductionem in novum. Tep.
 15. Gambs de Zizanii.
 16. Baumgart. de limitibz in concilianda rationi doctrina revelata.
17. Au mandatum ubre iusto gedandem von Math. Voth S. 1. G. P.
 18. Hafe de muliere ambiente vitum. ad Ies. xxxi.
 19. Idem. de false notae prophetis.
 20. Knapp de persecutio credentium vng. ad. finem.
 21. Hafe de manu super throno dei.
 22. Semler de concilio Tridentino.
 23. Michaelis de variis sancti spiritus appellacionibus.
 24. Oflandus de angelis generect in specie.
 25. Hofmann. de singulari hebraeorum cura.
 26. Winckelmann de analogia rationis in scholis interior.
 27. Ruprecht de societate litteraria rhenana.
 28. Leyes academie Frid.
 29. Schubett de iustitia dei.
 30. Apollonius de morte effectus animi etc.
 31. Lambert vita partium genitalium etc.
 32. id. Cauffas incrementum corporis animalis etc.

33. Büchner de praecipi-
tatione chemica.
34. Nietzoi de morbi salu-
tans notione.
35. Segneri specimen theo-
riae Larbinum.
36. Alberti de maiori fre-
quentia apoplexiae in
eruditis.
37. Juncker de utilitatib;
dolorum.
38. Müller de catilina
telluris nostrae ruina.
39. Eberhard de modu
cordis.
40. Juncker de usu corticis
41. Büchner de ventricali
sub coelo frigido.

Q. D. B. V.

AD DVCTVM VERBORVM DIFFICILIORVM
EZECHIEL XIII. 17 — 21.

DE

FALSAE NOTAE PROPHETISSIS
A G E N T I V M

CONSENTIENTE

ILLVSTRI FACVLTATE PHILOSOPHICA

P R A E S I D E

VIRO PRAECELLENTISSIMO CELEBERRIMO DOCTISSIMO

D O M I N O

CHRISTIANO GODOFREDO HASE

FACVL TATIS PHILOSOPHICAE ADIVNCTO LONGE MERITISSIMO
PHILOSOPHIAE ET ARTIVM LIBERARVM MAGISTRO

PATRONO PRAECEPTORE OMNI HONORIS
CVLTV AD VLTIMOS VSQVE VITAE DIES
PROSEQVENDO

MEDITATIONES PHILOLOGICAS

PVBlico EXAMINI SVBIICIENS

D. XVII. APRILIS MDCCCLIII.

D I S P U T A B I T

AVCTOR RESPONDENS


FRANCISCVS IACOBVS MÜLLEI

SS. TH. C.

AVRICA - FRISO - ORIENTALIS.

HALAE AD SALAM
T Y P I S G R V N E R T I A N I S.





A MONSIEUR
MONSIEUR
CHRETIEN ANDRÉ
COTHENIUS
CONSEILLER DE LA COUR ET
MEDECIN ORDINAIRE DE SA MAJESTÉ
LE GRAND ROI DE PRUSSE, DIRECTEUR
DU COLLEGE SUPREME DES MEDECINS
ET DES CHIRURGIENS, MEDECIN GENE-
RAL DES ARMEES ROIALES, MEMBRE
DES SOCIETÉS IMPERIALE ET
ROIALE ETC. ETC.

MONSIEUR
MONSIEUR
MONSIEUR
CHRETIEN ANDRE

Quelle obligation à VOUS! Une obligation, dont je ne me pourrai jamais acquitter exactement. Et serois je embarrassé de VOUS être toujours en quelque maniere redevable? Je crois, que non. Je me l'estime un tres grand honneur, d'en pouvoir irriter mon envie à VOUS faire connoître sincèrement les sentimens les plus reconnoissans du coeur. Mais où prendre les mots, qui sont assez propres, assez dignes, pour nommer, je ne veux point dire pour célébrer, VOS grandes qualités? Etre touché fort sensiblement, mais encore doucement, par VOS mérites; paroître la premiere foi par écrit comme une auteur peu habile,

bile, ce sont les principales causes, qui, je
VOUS l'avoue, MONSIEUR, mais non
sans peur, m'otent le courage et les mots, que je
voudrois choisir à louer VOS excellentes quali-
tés, dont l'éclat est fort étendu, et que plusieurs,
qui ont plus d'adresse, que moi, ont déjà osé ele-
ver. Mon coeur doit donc parler. Si VOUS
me voulez accorder VOTRE faveur, MON-
SIEUR, si VOUS voulez croire mon coeur elo-
quent, VOUS ajouterez un nouveau bienfait
aux autres. Je dis aux autres. Car quelle fa-
veur! Je vins, il y a quelque tems, VOUS faire
mon tres humble compliment, encouragé par un
espoir tendre. Ma peur s'évanouit, quand je vo-
iois éclater la faveur même dans VOTRE vuë.
Quels mots favorables m'avez VOUS dit, MON-
SIEUR, quelles paroles! Je partois, et aussi
alors VOUS aviez plus de faveur, que je ne me
pus promettre. Ma première pensée de là étoit à
VOUS faire connoître ma reconnaissance. Il ne
m'étoit pas permis jusques à présent, de satisfaire
à mon désir. Pourquoi donc laisserois je échap-
per cette occasion, la plus convenable, de met-

tre VOTRE illustre nom sur la tête de ma dissertation. Je me fie à VOTRE permission, MONSIEUR, en ayant osé donner par VOTRE illustre nom à ma dissertation un plus magnifique lustre, et VOUS rendre les tres humbles graces pour la faveur, que VOUS m'avez temoignée si abondamment. Si mes prières sont accomplies, VOUS soutiendrez l'illustre dignité, où VOUS brillez, encore beaucoup d'années; VOTRE illustre famille s'augmentera toujours; et pour moi, VOUS me retiendrez dans le nombre de ceux, que VOUS avez obligé, à celebtrer VOTRE extreme faveur, et VOUS VOUS assurerez, que je serai toute ma vie avec un profond respect

MONSIEUR

A Halle
le XIV Avril 1753.

Votre tres humble et tres obéissant
Serviteur

F. J. Müller.



§. I.

M ultis sane, iisque grauissimis difficultatibus premitur, quae EZECHIELIS C. XIII. inde a versu 17. vsque ad finem capitinis, legitur Pericopa. Digna igitur omnino est, quam pro virium facultate vberius illustremus, dum dissertationis nostrae argumentum ex EZECHIELE diligere constitutum habemus. Satis autem ut instituto nostro facere citra vteriores verborum ambages incipiamus, statim annotabimus, Prophetam nostrum C. XIII. a versu 17. de Pseudo - prophetiss agentem, primo pessimam earum indolem nobis ante oculos ponere v. 17 — 19. Indolem earum subsequuntur poenae a Deo ipsis infligendae durissimae, quibus v. 20. 21. propositis illustrationis causa addit Propheta noster, quae v. 22. 23. leguntur. Ad hanc Pericopae nostrae diuisionem, omisis tamen v. 22. 23. dissertationis nostrae filum pertexemus.

Inter alia, quibus permoti, ex Ezechiele potius, quam alio Scr. S. libro defumsimus argumentum disputationis, adiuante Summo Numine elaborandae, animum nobis addidit Anglus, COSTARD nomine A. M. Duas anno superiori hic scripsit dissertationes, quarum una in sensum verborum Ezech. 13. v. 17 — 21. inquirit. Animus

A

ipsi

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

207

22

23

24

25

ipsi fuit, scrupulos eximere, quos tollere hucusque non potuerunt, qui explicandis his versibus operam dederunt. Vtrum praestiterit, quod promisit, dispiciemus, postquam nostram de hac Pericopa Ezechieliana sententiam, permittente B. L. proposuimus.

§. II.

Nobis, pessimam falsarum Prophetissarum indolem considerantibus, occurrit v. 19. in quo mentio fit personarum, ad quas, Deo iubente, Prophetae nostro verba facienda erant. Ita habet: *Et tu BEN-ADAM pone facies tuas ad filias populi tui vaticinantes ex corde suo, et prophetas super illas.* 1) פָּנָן coniungit arctissime verba nostra, tamquam insequentia, cum prioribus. De quibus inde a versu primo sermo institutus est, falsi Prophetae, officia, quae ipsis, respectu ad Deum potissimum habito, incumbebant, negligebant, quid quod nefando Diaboli seruitio addicti erant. Propheta noster verus veri Dei seruus hisce opponitur. Pronomen ergo פָּנָן non sine magno pondere hic adhibitum est. Quod si quis Pronomen hoc Grammatice explicatum legere cupit, euoluat PRAESIDIS PRAEC. *Sytema Hebraicae linguae* § 66. 2) בְּנֵי־אֱלֹהִים. Nomen hoc peculiari quodam sensu Prophetae nostro impositum, nominis proprii naturam induens, dupli potissimum pro respectu aliud quid significat. Quod si a parte debiliore, fragiliore, ad populum maxime respiciente Prophetam nostrum consideramus, per nomen בְּנֵי־אֱלֹהִים indicari potest: Prophetam nostrum esse eum, qui venerit, cum res Iudeorum, malitia omnes fere antecedentium, iamiam funditus euertendae essent, verorum tamen veri Dei Prophetarum eloquia contemtui haberentur, ipsi Prophetae, ut homines fragiles, inferioris subsellii, alto fu-

superculo despiciendi, et omnibus modis affligendi censerentur; si autem a parte excellentiore, ipsum potissimum respiciente, ad Prophetam nostrum attendimus, per nomen בָּנֵי אֹדֶם indigitatur, esse eum eiusmodi, qui, secundum C. I. gloriam et maiestatem singularem illius, qui *naturā* ἐξων homo, et sensu maxime sublimi filii hominis nomine nobis venit, conspicuam viderat, et ab ipso illo Christo mandatis ad populum Iudaicum instrutus erat. cf. *Dissertatio sub PRAES. PRAECELL. habita, qua quaedam notatus digna N. T. curate expenduntur.* Quin immo quisnam, vocem בָּנֵי accuratius considerans, repugnabit nobis, ex his, quae postremo loco diximus, deducentibus; Christum Prophetae nostro hac appellatio-
ne solamen addere voluisse, dicentem quasi: Tu filius meus es, Ergo aucto vinculo mecum coniunctus, Ergo, si ad angustias redactus es, a me solamine, auxilio, praesidio erigendus, adiuuandus, muniendus.

In genere nobis hic annotare liceat, nomina propria in S. Scr. obvia significatiua esse. Respiciunt haec nomina לְפָנֵי ad statum praeteritum personae, sic denominatae, vel populi, Iudaici imprimis, aut plurium simul. e. g. מִתְּבָרָה ל. praesentem e. g. nomen יְהוָשָׁעַנְתָּךְ Iosepho im-
positum ל. futurum, e. g. nomen מִשְׁמָה. Quidni Ergo etiam affirmemus nomen hoc Ezechieli significatiuum esse, et, caeteris paribus, ad Ezechieli personam, munus, mores, temporis conditionem respicere, si praeterea in memoriam reuocemus, Prophetas in primis, eorumque liberos mystica gesisse nomina ad statum populi etiam Iudaici respicientia, cf. quae Ies. VIII, 1. de Iesiae filiis, et quae Hoseae I, 1. de Hoseae filiabus relata leguntur. Ad vocem nostram specialius quod attinet, quasdam tantum appellationis huius significationes in §.

A 2

ipfa

4 DE FALSAE NOTAE PROPHETISSIS.

ipsa adduximus, exinde autem falso concluderetur, nos negare, plures adesse, quae rationem simul constituant, cur nomen hoc Prophetae nostro impositum sit. Nos etiam amplectimur, quod alii, nec Iudeorum Rabbinis quibusdam exceptis, monuerunt, et quod consequentiae loco ex iis, quae in §. diximus de repraesentationibus, sub appellatione filii hominis contentis, deduci potest: Deum, Ezechielem hoc nomine compellitatem, ipsum admonere voluisse, quam iniquum esset, si honore multo pree aliis Prophetis a Deo maestatus, superbia inani inflatus memor esse defineret, quod homo sit, et nihil humani exinde a se alienum; si populum Iudaicum, a Babylonis aliisque ad angustias redactum, auersatus, nullum cum ipso commercium habere vellet. Sed rem omnino non tangere putamus eam, quam adduxit denominandi rationem DON ISAAC ABARANEL scribens;

Quia Ezechiel deportatus est ex terra sancta, ideo vocatur filius hominis, nempe primi illius hominis Adami. Nam quem ad modum is expulsus fuit ex Paradyso, ita Ezechiel expulsus est ex Ierusalem et Sanctuario, ubi fuerat Sacerdos. Et tantum de appellatione בְּנֵי נָדָר, si adhuc annotauerimus ea, quae de hac diximus, non euerti, quamvis quis obiecerit, nonne Danielem etiam hac appellatione compellatum legimus? Concedi hoc potest, si modo attendatur, Danielem unicum esse, praeter Ezechiel, qui hac appellatione, idque unicco tantum loco, insignitur, quod propter paritatem rationum fit, quae facile detegitur comparatione inter Danielem et Ezechiel instituta. Cui placet, euoluat Miscellanea Groningana Tom. II. Fasc. III. Observ. III. euoluat ibi NICOLAI BARKEY Disquisitionem, quare Ezechiel in quamplurimis vaticinii sui locis בְּנֵי נָדָר nomine compellatur?

§. III.

§. III.

3) שְׁבָנָה Indicat haec phrasis, quae etiam C. VI, 22. et C. XXII. legitur, propositum tenax, omni studio sine vlla mora exsecutioni dandum. LXX Interpretates rectissime expresserunt per obfirmationem faciei, quod verbum σωτηριον etiam legitur Luc. IX, 51. de Christo Hierosolymam tendente, acerbissimas illas calamitates vltimas et salutiferas simul subituro. cfr. Ier. 21, 10. Quod ad vocem שְׁבָנָה grammatice consideratam, omni iure est potius Imperatiuus in Kal, quam in Hiphil. cfr. CL. PRAESIDIS Gramm. §. 109. 4) נַלְכָנָת Non sine ratione per filias populi tui, 1) intelligimus mulieres, (1) quia secundum oppositionem certissime hic obuiam, si antecedentia considerentur, rectissime sic omnia se habent, (2) quia actiones, de hisce praedicatae, omnino actiones muliebres sunt. 5) חַמְתָּנָבָאֹת מִלְבָחָן Coniugatione Hithpael proponuntur a) hae mulieres ardentes vehementissimo, imitandi veras Prophetissas, studio, et exinde omnem operam in eo collocantes, ut res arcanae et abstrusas hominibus notas facerent, et pro rebus diuinis venditarent; b) tanquam tales, quae bonaे indolis et sincerae videri cupiebant, atramen Spiritu Dei non inflatae nugas tantum ex proprio instinctu hominibus proponebant. cfr. v. 2. et v. 13. 6) רְהֵנָּבָא עַלְיָהָן הַלְכִּת אֶחָר רוֹחָךְ. Liceat hic annotare, quod נַבָּא proprie denotet in propiorem Dei familiaritatem admitti, cfr. Iac. II, 23. Φιλος Θεοῦ, et exinde ablegatum ab ipso annunciare veritates diuinias. Particula על non tantum obiectum personale denotat, sed inuoluit simul mulieres hasce acerbissimas poenas Deo daturas esse.

A 3

1) Quam

6 DE FALSAE NOTAE PROPHETISSIS.

- 1) Quam adduximus sententiam, ea magis confirmabitur, si aliae aliorum sententiae, minus rectae, refellantur. Sunt a) quidam, quibuscum etiam Biblia Berleburgensia faciunt, qui per filias populi tui sacerdotes minorum vrbiuum, alias e. g. Iosuae XV, 45-47. filiarum nomine venientium. intelligunt. Sed hi non attendunt, sententiam hanc a) repugnare antecedentibus, b) iis, quae in textu nostro sequuntur. Nam tum in voce בָנֹת metonymia continentis pro re contenta, citra necessitatem assumenda esset, tum versus 18. minus commode explicari posset. Sunt b) quidam, qui eamdem cum Vatablo sententiam tuentur, putantes per בָנֹת viros esse intelligendos, propter effoeminatam mollitatem, linguae volubilitatem, vel etiam contemptum sic dictos. Sed hi negligunt, a) personas, de quibus in textu nostro sermo instituitur, opponi omnino personis in prioribus commemoratis, b) actiones, quae v. 18. 19. commemorantur, tropice tum etiam, in quantum ad viros referuntur, explicandas esse, quod tamen sine necessitate fieret. In genere quidem nos etiam accedimus sententiae Virorum doctorum, etiam CL. PRAESIDIS cfr. Dissertatio sub ipsius praesidio habita: *Nexus Canonum L. H. §. XXXIII.* qui statuunt, genus foemininum Hebraeis, in sacro etiam codice adhiberi de viris, vel aliis rebus, masculino genere denotandis, ad foeminea predicata, in ipsis obuia, ergo maxime i. foecunditatem i. debilitatem indicanda. Satis hoc testantur voces multae, e. g. מִבְשָׁרָה Ies. XLIX. קַלְלָת Eccles. i. Hanc autem regulam ad בָנֹת hic applicari posse, iure negamus.
- 2) Mentio ergo hic expressa fit mulierum, prophetissarum verarum vices, quamvis falso sustinentium. Negari non potest, mulieres per se doni, prophetias proferendi, capaces, hoc etiam dono a Deo vere interdum esse instructas. Legat, cui libet, quae 2 Reg. XXII, 14. de Prophetisa

phetissa Chulda referuntur. Euoluat, cui placet, Iud. IV, 4. legat, quae ibi de Debora affirmantur. Maximi habitae sunt hae mulieres Prophetissae a populo Iudaico non minus, quam exteris, ad quos notitia de ipsis pervenit. Mirum exinde non est, etiam mulieres alias, gloriae cupidas, lucro deditas munus verarum Prophetissarum sibi sine omni iure sumere voluisse, dum animum ipsis etiam addere poterat fama, vel etiam consuetudo nimis periculosa cum falsis Prophetissis, quarum variae species sunt, in S. Scr. partium obuiae, cfr. Deut. XVIII, 10. 11. Lev. XX, 27. 28. Insignia sunt harum exempla, quae leguntur Act. XVI, 16. et 1 Sam. XXVIII, quo ultimo loco proponitur nobis Lamia illa Endorea, quae Diabolo ipso adiuta dissimulatum Samuelem e terra produxit, Diabolum sc. ipsum Samuelis formam assumptum.

Quod ad Chaldaicam IONATHANIS interpretationem
huius versus attinet, ita se habet:
 וְאַתָּה בֶּן אָחָם קִבְרֵל

כִּבוֹאָה עַל בָּנָת עַמּוֹ דְּמַתְּכֶבֶן כְּרֻעָה לְבָחֵן וְאַנְגָּבִי עַלְיהָן:
Fili hominis, ACCIPE VATICINIVM super filias populi tui, quae vaticinantes sunt SECUNDVM BENEPLACITVM CORDIS sui, et vaticinare super illas. Et spectabilis inter Iudeos interpres, KIMCHI, sic hoc loco loquitur: וְאוֹמְרוֹת כִּי רוח יְהוָה דָבַר בָּחֵן וְמְנִידות עֲתֹודות וְאוֹמְרוֹת זֶה וְזֶה יְהוָה יְמָיו זֶה יְבָא לוּ כָךְ וְכָךְ לְטָב וְלְרָע et dicentes, quod spiritus Dei loquatur per illas, et indicantes futura, et dicentes, hic viuet, et hic morietur, et hoc euenerit illi sic et sic, in bonum vel malum, et facientes opus praestigiarum.

§. IV.

Annotatis primo personis ipsis, opera ipsarum nefandissima describuntur v. 18. 19. Quomodo haec Imo ipsis aliisque hominibus perniciosissima sint, depingit v. 18. qui ita habet: *Et dices, sic dicit Dominus Deus, vae conuentibus LODICES super omnes axillas manus, et facientibus*

bns

8 DE FALSAE NOTAE PROPHETISSIS.

bus MITRAS super caput omnis staturaे, ad venandum ani-
mas; num animas venabimini quoad populum meum, et animas
quoad vos in vita conseruabitis? Quod primo damnum aliis
exinde certissime superuenturum attinet, delineatur
hoc ita 1) אמרתך. Denotat hoc, sententiam Dei iustissi-
mam nulla re retenta, omni studio Iudeis a Propheta
proponendam esse. Praeteriti in Futurum conuersio
non ex τῶι, sed ex toni in ultimam reiectione explicari
debet. 2) פֶּה־אָמַר אֱלֹהִים. Hanç et non aliam esse
iudicalem Dei sententiam, certissime exsequutioni
dandam, nisi ad meliores fruges redierint, vox כה in-
dicat. 3) אָמַר significationem, manifestationem verae Dei
sententiae infert. אָמַר denotat supremum Dominum,
cuius mandata homo, ipsi per omnia subiectus, ad vnum
omnia obseruare per se obligatus est, a quo ergo ho-
mini sententia l. absolutoria l. condemnatoria, actioni-
bus suis exactissime respondens, exspectanda est. IE-
HOVAH additum est, quo melius perspicerent falsae
Prophetissae incredulae, vera esse, quorum Deus ipsis
incusauerat, ipsum certissime Prophetae verbis conue-
nienter, poenas ipsis inflicturum esse. 3) הֵן־לְמַתְפּוֹת כְּסֹתָה עֲרָלָה־אֲצִילָה וְ
nomen est per naturam
suam ab יהוה exstitit, malum super aliquem collapsum est,
denotat lapsum, ruinam, mortem. תְּפִיר oppositum
verbi קְרֻעָה Coh. III, 7. denotat coamentare, consuere
hoc loco. Participium in Piel indicat, solerter oper-
am, omnem curam in consuendo adhibitam. 1) כְּסֹתָה
est a singulari כְּסֹת a radice כְּחַם texit. In g. quidem te-
gumentum quodus denotat, hoc loco autem optime,
Iodices,

Iodices, cadurca, quia 1) notio vocabuli generica, כְּתָה per se huncce significatum specificum admittit. 2) Quia insequentia textus nostri verba id etiam comprobant. Nam dicuntur haec tegumenta extensa esse עַל פְּלֻשִׁים, quae verba satis indicant, hisce tegumentis contentas esse manus, quid quod, dum אֲצִילָה Synecdochice hic ponuntur, brachia etiam. Vocabulum אֲצִילָה est ab אֶל seclusit, legitur etiam Ier. XXXVIII, 12. Vox יְדֵי varie explicatur, 2) Reiectis aliorum doctissimorum Virorum sententiis, quae scrupulos omnes non eximunt, optimum omnino erit, si l. affirmemus, Deum manus populi Israelitici per Iodices constrictas SVAS appellare, propterea quod populo Israelitico manus hasce dedit, a) ut eas ad coelum tollerent preces ardentissimas fundentes, et hoc modo a calamitatibus, impiis etiam hominibus se liberarent b) etiam ipse, tam a Deo collatis, quam propriis viribus alia etiam media, quantum fieri potest, optima, adhiberent ad auertenda mala et vitam bene degendam; l. concedamus יְדֵי esse formam singularis numeri, Arabibus adhuc confuetam, vim tamen plurium inuoluentem.

1) Qui כְּתָה per cervicaria, LXX. προστεφαλαι Marci IV, 38. vertunt, rem minus tangunt, dum totam verborum et rerum seriem turbant.

2) GLASSIVS ille non minus, quam RASHI et KIMCHI per Apocopen pro כְּתָה possum esse autem, sed fundamento satis solido destituuntur, dum haec nominis in statu absoluto forma nullo modo cum certitudine euinci potest. Exempla, quaे in contrarium adduci possent, facile aliter et melius explicantur conf. PRAECELL.

PRAES. Dissertatio Nexus Canonum, §. XXXVI. TRES MELLIVS

10 DE FALSAE NOTAE PROPHETISSIS.

MELLIVS vocem populi omissam putat, ita: vt manus populi mei ct., sed nimis coactam esse hanc coniecturam, ecquis non videt? Et quoniam aberrauit GVSSETIVS ille, אצילי ad Deum transferens et vertens יְהִי manuum mearum, vt sensus sit: Quae potentiam meam, in primis vindicatricem homines celant, vt eo magis voluptibus libere indulgeant, iudicia mea nil curantes etc. Anomaliam in voce יְהִי euitat quidem Gussetus, sed nonne a) inconsuetum est, quod axillae manuum Dei commemoretur b) incommodum est dicere, quod omnes et integras Dei axillas contegere possint hae foeminae c) contextus ipse docet, narrari hic instrumenta, quibus vti volebant hae Prophetiae in hominibus eo felicius capiendis d) nimis longe ergo petitum est, haec vocabula ad Deum transferre. Cui in mentem veniret per יְהִי conf. Ies. LIII, 1. Christum hic intelligere, vt sensus sit: Quae doctrinas, quae de Christo, et salute per ipsum obtainenda, agunt, hominibus non propounderunt, saltem non ex debito, vt peccatorum ferutio eos securius se tradant homines ct., plurimis fere implicaret difficultatibus.

§. V.

וְשָׁוֹתֶת הַסְּפָחוֹת עַל־רָאשׁ כָּל־קִמְרָה 4) Verbum שׁוֹתֶת denotat perficere rem solerti cura et sollicito studio, nec neglectis quidem, quae ad ornatum rei faciunt. In determinando vocabuli הסְּפָחוֹת significatu in varias Docti abeunt partes 1). Descendit vox a סְפָח radere, corradere, adhaerere facere: vox מסְפָחוֹת ergo in. g. omni iure denotat, quo aliquid coniungitur, constringitur ergo etiam tegumenta, involucra

volucra LXX. ἐπιβόλαια, quod Cocceius etiam approbavit. Quod si autem ex sequentibus textus nostri verbis magis determinemus, quaenam involucrorum species hic intelligenda sit, elucescit euidentissime esse inuolucra capitis, quibus caput constringitur, esse ergo mitras. שֶׁל denotat totum caput hisce mitris inuolutum esse, ita ut quis aurium et oculorum quasi vsu priuetur. קְרִיָּמָה indicat hasce foeminas se accommodasse omnibus, cuiuscumque etiam aetatis, dignitatis fuerint. Quod si iam significatus vocis עַשְׂרֵן cum his conferatur, luculenter adparebit in consuendis ταῖς mensuram capitinis fuisse accurate adhibendam, ergo מְסֻפָּחוֹת ergo', vt iamiam diximus, esse mitras. 5) לְזֹוּר נְפִשּׁוֹת 5) finem exhibet operum, quae suscepérunt hae falsae Prophetissae. נְפִשּׁוֹת vim, qua aliquid sustentatur, inuoluens, denotat etiam hic personam vita, viribusque pollentem. Verbum צְדָקָה legitur Prou. VI, 26. de seductione hominis per dulces repraesentationes, speciosa carnis irritamenta decepti, et depingit nostro loco statum hominis, quo velut bestia in antro sepultus, delitescit secure, ac sine negotio capitur 3).

- 1) Pepla verit kīmōchī, sed emphaticam textus integrī grauitatem neglit. syr̄s per operimenta explicans, nīmis generaliter se exprimit. Nobiscum consentientes habemus Belgas, vertentes Slaphuyven (Schlaf-Hauben) Hooftdeckels (Kopf-Deckel).
- 2) Lxx. ad sensum recte τὸ διασέρφειν ψυχὰς ad peruerendum animas. In eodem sensu occurrit verbum διασέρφειν Act. XIII, 8.- 10. cf. VIRI SVMME VENFRANDI, AMPLISSIMI LIND-

12 DE FALSAE NOTAE PROPHETISSIS.

•QB HAMMERI, Patroni, Fautoris, ad ultimum usque vi-
 -137 tae halitum submisus colendi, Exegeta Actorum Aposto-
 -sqt licorum, et quae annotauit de his versibus, lectu omni-
 no dignissima, ubi excitatum invenimus ipsum nostrum
 locum Ezech. XIII, 18.

3) Iam querat quis ulterius, quid per iudices et mitras in-
 telligendum nobis veniat. Nostrarum partium iam non
 est, Exegetam agere, liceat ergo patricula tantum mo-
 nere. In g. obseruamus 1) in eruendo harum Phrasium
 sensu ad antecedentia et consequentia rite attendendum
 est 2) ad significationem verbi וְ accurate respicien-
 dum et 3) metaphorā in verbo hoc iuste continuanda est.
 In specie assensum facile impetramus, si dicimus 1) vo-
 cem כָּתֹתְהָ וְ ad voluntatem hominis respicere, ita, vt
 tota illa phrasis indicet opera mulierum callidissimarum,
 homines, improviso capiendos et captos, ad quaevis fa-
 cinora flectendi, totos in peccatorum seruitium impli-
 candi, numquam libere emitendos, quemadmodum
 bestiae, ad venatorem adpropinquanti, tegumentum
 quoddam iniicitur, ita vt, hocce molliter tacta, refræ-
 natis ad debilitatem usque viribus, ulro capta teneatur,
 et ad venatoris voluntatem quaquauerum circumduca-
 tur 2) vocem מִסְבְּחָה ad intellectum se referre, ita
 vt totius Phrasis sensus sit: Quae omnem in eo operam
 collocant, vt insuffrent hominibus falsas de Deo, pec-
 catis, aliisque rebus representationes, serias de redeun-
 do ad sanam mentem cogitationes supprimant, consci-
 entiae stimulos refrænent, vt homines coeci coeco impe-
 nit in nefanda quaevis ferantur. Qui haec generalius di-
 cit ad Iudeos in specie transferri cupit, facili negotio
 perficiet, si modo ignarus non fuerit status, in quem
 tunc temporis coniectu fuerunt, miserrimi.

-MAN

§. VI.

§. VI.
 boup Damnum *secundo*, quod falsae Prophetissae sibi ipsae parabant, delineaturus Propheta noster ita loquitur. 1) הַנְּפָשׁוֹת הַצּוֹרָנִת רַעַי Interrogatiue haec Phrasis explicanda est, prouti etiam CHALDAEVUS, RASCHI et KIMCHI textus grauitatem rite attendentes. 1) עַמִּי populum meum i. e. homines vera fide mihi adhaerentes. 1) לְעַמִּי determinat magis obiectum circa quod personas, quas capere studebant hae mulieres cf. Ies. LIII, 11. 2) לְרַבָּי quoad multa sc. peccata i. e. a culpa et poena peccatorum, quanta quanta, et quam multa sint, immunes declarabit eos, qui fide vera ipsum apprehendunt 2) נַפְשׁוֹת לְכָנֵת תְּחִימֶת. In voce 2) חַיָּה ex prioribus repetendum est. Verbum 2)
 oppositum hic est verbi צִדְדָה denotat ergo in Piel protegere, confirmare, quod primarius etiam huius vocis significatus in Kal infert. 3) לְכָנֵת 3) igitur oppositum est רַעַי, et respicit falsas Prophetissas ipsas. Hisce rite obseruatis sensus harum propositionum hic erit: Num in animum vobis inducitis, quod vos vere pios, qui, meo tutamine suffulti, impiorum conamina derident, laeto eventu alliciatis, allectos capiatis, et captos in perniciem miserrimam detrudatis? num spem vobis concipitis, fore ut vos vosmet ipsas, et quos in partes vestras pertraxistis, conseruetis, et iudicia mea effugiatis? Saluo ergo huius versus 18. sensu elucescere poterit, non in hoc, sed sequenti versu de condemnatione piorum, et absolutione impiorum iniusta agi. 4)

- 1) Textus grauitati magis omnino consentaneum est, si interrogative sumantur verba haec. Nam, praeterea quod in prioribus actus venandi ipsius mentio iam facta sit, futurum in intentionem, satis seriam, futuram adhuc, arguit. Bene hoc obseruatū est in BELGARVM Versione sūlet ghy? (wollet ihr denn?) et consenit CALOVIVS in Bibliis Illustratis.
- 2) LXX. adhibuerunt verbum περιποιεῖσθαι, quod, annotante VIRO maximopere laudando LINDHAMMERO ad Act. XX, 28. saepius posuerunt LXX. ad exprimendum verbum Hebraeum חירא e. g. Iosuae IX, 20. 1 Sam. XV, 3.
- 3) TREMELLIVS vertit, si et quoniam vtilitas exinde ad vos est redundatura, sed minus recte dum לכונת opositum est. לעמי
- 4) Quod in §. de sensu huius versus diximus, id magis confirmabitur, si ad verbum צד accurate attendere placet. Venatione occupatum esse, proprie virorum est, dum ergo mulieres sibi sumferunt aliquid, quod ipsarum non est, nonne fecerunt, quod Deo displaceat, nonne ergo damnum exinde ipsis extimescendum est, certissime superuenturum. In v. 18. Chaldaeus interpres ציד nude in plurali יידן manus reddidit, verbum peretz ad perdendum, ultimum autem totius versus ita: הנפשות עמי אפן יכול לאבדה ולקיים הלה נפשחכו נפשחכו דילכן הלא יכולון לקיים puli mei vos potestis perdere et statuere, nonne ANIMAS VESTRAS, QVAE VOBIS SVNT, nonne potestis STAVERE ET CONSERVARE. Celebrissimus Rabbi Salomo de vsu ita commentatur: כשותה קסם שקריות ולמי שהם חפצו אומרו' קסם פטחות קסם טוב ולמי שרצו אומרו' קסם רע et diuinantes

tes illis per ista tegumenta diuinationem mendaciorum, et
 cuicunque delectationem habent dicentes diuinationem bo-
 nam, et cui ipsis placet diuinationem malam. De עצילי
 sic effert ידי Achsels barbare; de vero אישילש בלוּשׁ כמו ידוע
 idem ac manus et confert שדי agri; de אַתָּה הַמְּלָאֵךְ לְקֹסֶם בְּחַבְתִּים וְלֹא
 יְדַעַּתְּ מַה הַמְּלָאֵךְ שְׁנָאֵר וְקָרְעֵת אֲוֹתָהּ אָוָם
 etiam ista ad diuinandum cum illis, et non scio, quid illa, inde quod dicitur et lacerabo illa di-
 cens ego sum, quod illa vestimenti aliquid sint; de לְצֹרֶר
 hoc צְרוֹתָה הַגְּפֵשׁוֹ לְגַיְהַנְּם שְׁמַחוּקָה יְדוֹתָהּ הַרְשָׁעִים
 לְקֹסֶם לְחַבְתִּים שְׁלֹום וּמְרֻפּוֹת יְדוֹתָהּ צְדִיקָם לְקֹסֶם לְחַבְתִּים
 רַעֲהָה en venationem animarum ad gehennam, quia confir-
 mantes sunt manus impiorum ad diuinandum illis pacem,
 et remissas facientes manus iustorum ad diuinandum illis
 malum; in הנפשות dicit: בְּמַיְאָה הִיא admiratio s. inter-
 rogatio est; tandem reddit: כמו לְכָבֵד נְטוּלָה שְׁכָר עַל כְּךָ וּמִתְפְּרָנָסָה בְּכָךְ
 quod vos accipientes mercedem propter id et sustentamini
 in eo. Kimchius ad hunc versum explicat sic:
 כARTH הַזָּהָר שְׁמַיִם תְּחַזֵּק הַרְאָשָׁה כְּשִׂישָׁכָב
 Caelest est quod ponentes sunt sub capite, quando
 cubat homo, et dicit hoc fieri בְּדַרְךָ כְּשִׁפְיָס per prae-
 stigias; ita: יְדוֹתָהּ כמו ut manus, et confert חַלְמָנִי; locum conca-
 uum sub brachio s. axillam; vero: כARTH המטפְּחוֹת וְהַמְּצִיעִים שְׁמָכָות בְּחַבְתִּים אֶת
 פְּנֵיהֶן idem ac mitpachot et haec sunt pepla, quibus tegen-
 tes sunt mulieres facies suas; in הנפשות affirmat: הַחָא littera He in questionem i.e. interrogativa est;
 שְׁחַן לְכָבֵד וְהַמְּנַפְּשָׁוֹת לְכָבֵד tandem exponit: וּנְפָשָׁוֹת qaae sunt vobis, et sunt animae impiorum.

§. VII.

§. VII.

Considerandus venit v. 19. qui in describendis
pessimis falsarum Prophetissarum moliminibus, Illo
ostendit, quomodo hae mulieres proxime in Deum
peruerse agant. Ita habet *Et profanatis me in populo meo*
pro pugnis hordeorum, et frustis panis, mortuas declarando
animas, quae mori non deberent, et viuas declarando illas,
quae viuere non deberent, dum mentimini populo meo, audi-
tibus mendacii. Generalius hoc indicat Propheta no-
ster primis vocibus. חָלֵל proprie denotat in terram
deiicere, terere, deinde etiam manibus aliquid terere,
nihili facere. Ps. LXXXIX, 40. Ps. LXXIV, 7. אל
apud conf. c. XVII, 8. sensus est: Maneo, vt sum, quam-
uis fieri possit, vt distinctam mei cognitionem in ho-
minibus impedire, actiones ergo, quarum motua ex
perfectionibus meis gloriofissimis desumi debent, sup-
primere possitis. In specie addit בְּשֻׁעַרְיִם שְׂנִירִים conf.
Hos. III, 2. וּבְפָתֹחַ לְחָזֶה conf. Prou. XXVIII, 21.
c. VI, 26. quam locutionem propteribz anumerare
plurimis placet. Quod iamiam affirmauerat Propheta
noster, probat sequentibus vocibus. הַמִּתְּהִימָּה נְשָׁוָתָה 1
אֲשֶׁר לֹא־הַמִּתְּהִימָּה. Coniugatio Hiphil non tantum rei
perficiendae curam, quid quod procurationem rei
ipsam sed etiam declarationem rei peragendae denotat.
Ultimus significatus hic in להמתה obtainet. Conf. Ies.
LIII, 10. יִצְרָקֵךְ Ier. I, 10. וּלְהַאֲבִיךְ Futurum in
indicat, fieri non debere, quod falsae Prophetissae
in animum sibi induxerant, et certo etiam futurum
non

non esse. LXX. legunt ἃς εἰν ἔδει ἀποθανεῖν
B E L G A E die niet en souden sterven. (die mit
nichten sterben solten). 2) נְשׁוֹת נְשׁוֹת אֲשֶׁר וְלִזְוָת Phasis haec opposita est praecedenti.

חַח in Piel etiam declarandi significatum habet conf. Leu. XVII, 3. Duabus his Phrasibus indicatur in. g. falsas Prophetissas Deum profanare, eo quod de statu hominum falsa iudicia effingant, eaque vel fucosis verbis sub veritatis specie hominibus proponant. In sequentia textus nostri verba vberius hoc explicant. I בְּכָבְכָה לְעֵמִי dum verba facientes ad populum

meum ea, quae ex vero tamquam fabulae et commenta explodenda sunt, proponitis, ea, quae iis, qui verbis vestris assensum praebent, maximum omnino detrimentum afferunt. Conf. Michae II, 11. Negari quidem non potest, suffixum masculinum in re spicere ad viros itidem mendacia hominibus obtrudentes, interim tamen certo certius est, illud improprie etiam de foeminis adhibitum esse ad significandum robur et habitum, quem in mendaciis pertinaciter proferendis acquisiuerant sibi. 2) שְׁמַע כֹּב conf. Amos

II, 4. Participium, rem grauter exprimens, in statu constructo positum, nominis naturam induit, denotans auditores assiduos, attente verba, mendaciis turgida, excipientes, ac ad ea actiones suas componentes. Repte itaque VIR S. V. MICHAELIS in Bibliis posuit: qui libenter audiunt et credunt mendacia. LXX. εἰσαγόντι μάταια ἀποφέργυματα.

Chaldaica versio hoc versu bene reddit ita:
אַתָּה אֱלֹהֵינוּ וְאֶחָלֹתָנוּ et profanatis scientiam meam in po-

דלא חוץ להן : אשר לא-המוחנה sic : pulo meo ; deinde quibus non conuenit ut moriantur. Raschi in דימוחנן ita commentatur : clomer לאמר על הנפשות : אשר לא-המוחנה אלו ימותו ולא-השׁ א-ה מוחנה ita commentatur : אשר לא-המוחנה אלו ימותו ולא-השׁ א-ה מוחנה קסמי חווינה וחיו כי קסמי שקר ועטנו מקבלי ארץ קסמי quasi diceret : AD DICENDVM super animas, quae non morientur, illae morientur, ET AD DICENDVM super eas, quae non viuent, viuant, nam diuinationes vestrae, mendacium, et populus meus ACCIPIENTES SVNT diuinationes mendacii, quae vobis. Magui nominis Rabbi Kimchi explicat : ut in populo meo, et de profanatione ista sic scribit in ותחלול הוא שטירין בטהונת ממי commentario : et profanatio illa, vbi remouentes sunt fiduciam illorum a me, ut fiduciam repenant in verbis vestris, quae sunt mendacium; in בשעל sequentem in modum loquitur : שקר מעשיהם שואלים בחם נוהנים לחם מלא אורות שעריות או פה ללחם ווש מנזרים כי השעריות והלחם הם נתנות בחם הוכחה ובחם הוי עשות המשדר praeium operum illarum, quod interrogantes dantes ipsis sunt, plenitudinem pugni hordeorum aut frustum panis, et sunt qui exponunt, quod hordea et panem illum illae dedissent in medium regamentorum illorum, et in illis peregrissent opus; de animabus quae non morientur dicit : אלו הן נפשות illae sunt animae iustorum, de iis, quae non viuent, autem : illae animae impiorum, et sunt qui exponunt, quod hordea et panem illum illae dedissent in medium regamentorum illorum, et in illis peregrissent opus; de animabus quae non morientur dicit : אבל אין מכוונות להם למש שם בער שים כוב nam propter verba non viuent nec morientur, verum enim vero vos mentientes estis illis, quicumque in populo meo sunt audientes mendacium.

§. VIII.

§. VIII.

Indole falsarum Prophetiarum ad ductum v. 17.
 18. 19. considerata, dispiciamus iam, quid de poenis,
 hisce mulieribus certissime infligendis, loquatur Pro-
 pheta noster v. 20. 21. Duplicis generis poenae denun-
 ciantur, prouti peccatum duplex potissimum in priori-
 bus commemoratum est. Poenae, quas ob peccatum
 Iodicebus injectis commissum, Deo daturae sint hae foe-
 minae, grauissime describuntur v. 20. ita: **לְךָ כִּדְאַמָּר אֶרְצָךְ וְהַזָּה propterea**, quia vestra indoles re vera talis est,
 qualem pronunciaui in prioribus, *sic dicit*, decretum de
 vobis, qua talibus, dirissime puniendis, notum facit,
 iudicem iustissimum iam agens *Dominus*. cui competit
 supremum ius poenas exigendi ab hominibus peccato-
 ribus, *Deus verissimus*, qui, quas minitatus est poenas,
 certissime inflget, **הַנֵּן אֶל-כְּסֹתָתִיכָה**. Per vocem
הַנֵּן excitantur falsae Prophetiae trementes ad Deum
 respicere, tamquam paratissimum ad iram suam super
 ipsis effundendam, simulque admonentem, ut adhuc
 desistant a prauo vitae genere, in quo hucusque tem-
 pus consumferant. **אֲלֵי** iudicia mea in vos exercebo,
 omnia eo dirigam, ut auferantur ea omnia, quibus ha-
 stenus hominibus callidissime, imposuistis, et vestrae
 utilitati, sed falso, cumulum addidistis. **כְּסֹתָתִיכָה**)
 Praeter ordinem solitum, magna tamen cum Emphasi
 aucta est in hoc vocabulo pronunciatio tum per Dagesch
 forte in **נ**, tum per **נ** in suffixo, quod nullo modo nu-
 dum **נ** paragogicum est, sed foemininum infert, indi-
 cans calliditatem, copiam verborum, quibus falsa per-
 suasum iuerunt hae mulieres, et studium, quod im-
 penderunt, intensissimum recreandi per varia carnis ir-

C 2 rita-

ritamenta eos, quos securitatis statu sepultos voluntati suae accommodabant. Vid. *Dissertat PRAEC. PRAES. Nexus Canonum L. H. §. XXXIII. et Ier. XXIX, 25.* בְּשָׁמֶכְתָּה

Genes. XXVII, 37. לְכֹה שֵׁם 3) אשר אתנרכ מצדדות שַׁם אֲתִה-הנְפֹשֹׁת לְפָרָחוֹת quibus, estab אשר recta posuit, contulit vnum ad alterum. אַתָּה מַצְדָּרוֹת vos venantes

estis. Pronomen cum Particípio constructum indicat hic studium ardentissimum, assiduum harum foeminarum, simulque periculum certissime exinde pertimescendum, quales praegnantes constructiones nec in N. T. insolitae sunt, e. g. οὐ πάντη διατρέφων Act. XIII, 10. ἦν διδάσκων οὐ sc. Hierosolymis, cfr. 16. 2). לְפָרָחוֹת

Non diffitemur, maximam esse Philologorum diuersitatem in determinando huius vocis significatu. Sed, quod pace aliorum dictum sit, plurimi l. ad accentus in textu nostro non respiciunt l. figuram, qua Propheta noster loquitur, citra omnem necessitatem mutant, et exinde longius petitas, non satis adaequatas significations figunt. Multis nos eripimus difficultatibus, si vertamus l. *per aduolantes*, vt sensus sit, ita, vt certatim ad vos aduolent, agmine quasi facto ad vos adproperantes, secure apud vos recubent l. *per vigentes*, vt sensus sit: ita vt in summo vigore constitutae, nihil mali extimescentes, omnia potius ex voto successura somniantes, a vobis capiantur, et sic captae detineantur, quemadmodum bestiae per noctem grassatae, praedam aucupantes, adueniente luce ad latibula sua aufugiunt, et propter rapinam laetae in hisce delitescentes, citra operam, nil tale metuentes, capiuntur. Et hicce signi-

significatus optimus omnino esse videtur, quia sic
 1) primarius et simplex verbi בְּרַח significatus non ne-
 gligitur, 2) hic significatus accentibus in Textu nostro
 non repugnat, 3) figura, qua Propheta noster loqui-
 tur, hunc significatum requirit, et comparari potest hoc
 verbum apud *Arabes*, vbi denotat: *tubens*, *laetus proterius*
 s. etiam, *securus fuit*, *cohaesit terrae*.

1) Annotare hic liceat, quod aucto praeter ordinem nu-
 mero litterarum vocis cuiusdam, ergo etiam pronuntia-
 tione, quae aliis etiam modis augeri potest, significatus
 vocis simul augeatur. Fundamento non destituitur, quod
 hic obseruamus. Fauent nobis quamplurima S. Scr. loca,
 quorum foecunditas quoad conceptus, melius omnino elu-
 cescit, si ea, quam iamiam suppeditauimus obseruationem
 non negligatur. Non sine ratione ergo insigni perfundor
 laetitia recordans, iam aliquot ante annos occasione vocis
 בְּקָדֵש קָדֵש Ief. LXI, i. suppeditasse mihi hanc obserua-
 nem VIRVM, SVMME VENERANDVM AMPLISSIMVM
 GOSSELIVM Patronum, Fautorem, Praeceptorem te-
 nerrimo pietatis cultu ad cineres vsque colendum, VI-
 RVM, cuius insignia in Theologiam non minus, quam
 Philologiam merita euidentissime testantur libri ab IPSO
 publici iuris facti.

2) Quidam per *auolantes* explicant, et ad כְּפֹתִיחַנֶּה refer-
 runt. Sed his iure opponitur 1) significatus hic ex alia
 lingua deductus est, et a nativo verbi בְּרַח in Hebraea
 lingua significatu recedit. Fit ergo aliquid citra ne-
 cessitatem 2) caeteris paribus, melius omnino, ut nos
 fecimus, ad proxime praecedens נְפָשׁוֹת refertur. 3) Non
 satis cohaeret cum sequentibus. Nam concedimus qui-
 dem per voces הַפְנֵי אֶל indicari, Iehouam vindictam
 sumturm esse a mulieribus illis impiis, sed nonne poe-

na ipsa inde a voce קְרֻעַתִּי indicatur. Iam si
poenam ipsam iam inuolueret, quo modo commode dicere potuissest Deus: dilacerabo מֵעֶל וּרְוֹתָתְכֶם cum lo-
dices de manibus ipsarum deiecta etiam auolauerant. 4) Accentibus etiam repugnat hic significatus. Minus recte ergo LXX לְפָרָדוֹת vertunt per διασκορπισμόν, quamuis ad animas referant et cum RASCHI faciant ita se exprimente; ut animae per vos auolent in gehennam, quod omnino coactum et nimis remotum est.

§. IX.

4) וּקְרֻעַתִּי אַתֶּם מֵעֶל וּרְוֹתָתְכֶם. Verbum קְרֻעַתִּי op-
positum est verbi תְּפִרְתָּה Coh. III, 7. cfr. 2 Reg. V, 8. et
denotat dissuere, diffindere, lacerare. אַתֶּם refertur
אֲנָוֹתָה כְּסַתּוֹתִיכְנָה. Anomalia ergo generis hic obvia est,
sed non sine Emphasi. Masculinum denotat hic firmi-
tatem, amplitudinem tegumentorum, quibus homines
obuoluere studebant hae mulieres. מֵעֶל a desuper
וּרְוֹתָתְכֶם. Suffixum Masculinum loco foeminini in-
dicat virilem quasi constantiam, habitum, quo polle-
bant hae falsae Prophetissae persuadendi hominibus ea,
quae tamen a vero longissime distant. Sensus igitur
phrasis huius erit sequens. Et ego homines omnibus
modis, quantum ad me, a pernicie liberans, ego viri-
bus ad hoc sufficientibus, quid quod superabundanti-
bus, pollens, dilacerabo LXX διαγεγένω. cfr. Matth. IX.
v. 17. BELGAE wegshewen, wegriessen, und im wegriessen
zerreissen, lodices vestras, quam arcte cohaereant, quam
ampliae sint, ut decidunt de brachiis vestris, quamuis
teneatis illas firmissime, et magnum vobis acquisiue-
ritis

ritis habitum iniiciendi illas hominibus capiendis.
 וְשִׁלְחוּ אֶת־דָּבָרֵנִי אֲשֶׁר אָמַּת מְצֹדְקָה אֶת־נְפָשָׁתִי (5)
 לְפָרוּחוֹת. Et dimitam liberas, conf. Exodi IX, 7.
 Exodi XXI, 5. personas illas, אשר את־נְפָשָׁתִי quarum animas Vox נְפָשִׁים cum masculina terminatione
 indicat praestantiam animarum singularem, ergo subindicat etiam, grauissimum esse harum mulierum crimen, dum pernicie totius quidem personae occupatae essent, potissimum autem operam impenderent animae corrumpendae. Quod autem per נְפָשִׁים animas hic intelligamus, nemo male nobis vertet, attendens, representationes vocum et נְפָשִׁות in textu ipso diuersarum, a se inuicem distinguendas etiam esse, quae apprime hic, re ipsa concedente, sic, ut nos distinximus, distingui possunt. אָמַת cum Anomalia generis loco אָתָה non sine ratione ponitur ita: Vos, quae (si ad verbum אָתָה rite attendatur) opus vobis sumitis, quod virorum proprie est, quae in opere hoc peragendo ad viros proprius acceditis. אָתָם in Masculino cum מְצֹדְקָה in foeminino coniunctum, indicat, quam incerta, quid quod falsa sint, quae sibi effinxerant hae mulieres de felici operum suorum successu, de praemissis subsequunturis.

Chaldaeus verba חָנָן אל' sic explicat: אָנֹתְךָ ecce ego שְׁלָמָם mittens sum iram meam super; vocem רָוֹן עַל לְאָבָדָא vero: ad perdendum. RASCHI hoc ultimum reddit: ut להו פָּרוּחוֹת עַל יְדוֹיכָן לְגַיְהָנִים volantes

lantes super manibus vestris in gehennam. KIMCHIVS
 dagesch forte in littera Samech in סִתְּהָה habet
 להפאהה כסתהה הברהה pro elegantia lectionis, et confert dagesch in
 כוֹחַ הַיּוֹעֲשָׂה בְּהַמְּעֵשָׂה וּרְעַתֵּיכֶם in מִקְרָשׁ ;
quoniam illae fuerunt perficientes hisce opus illud, et adiicit :
 ווש אומרים כיבורות המכשפות הו תליות :
et sunt dicentes, quod brachiis praestigis
utentium fuerint suspensa illa tegumenta; in positione
 ושלחתו אשלח אthon חפשי מידכו :
mittam illas liberas e manu vestra; apud את נפשיכם בנה מקובץ
 occurrit plurale in genere masculino, sicut pellices ; de tandem ad v.
 subsequentem commentatur ita :
 וקרועת הכתורה והאכלון הנשים המכשפות ומיתן וכיוון
 והמכשפות שובלן et laceratio tegumentorum et
 peplorum est consumio mulierum praestigis utentium, et
 mors illarum, et postquam cessabunt ipsae, cessabunt opera
 illarum.

§. X.

Sed agendum perlustremus adhuc breuissimis versum 21. in quo denunciatur posterius poenarum genus
 propter peccatum, sub מספחות nobis propositum.
 וקרועת את מספחותיכם (1) Et dilacerabo mitras vestras.
 In versu proxime praecedenti magna cum
 מספחותיכם emphasis positum fuit. Hoc in versu in מספחותיכם
 etiam, sed alio modo emphaticum quid inuenitur.
 Masculinum loco foeminini in suffixo huius vocis facilius iam explicatu nobis est, cum affirmauimus supra
 hanc vocem per mitras explicandam esse, ita : Dilacerabo mitras vestras, quamuis in iis consuendis capitibus
 mensuram accurate adhibueritis, quamuis bene, si ita
 loqui.

loqui licet, sedeant, et exinde vobis persuadere velitis,
 eas firmas esse, nec de capite deiici posse. 2) וְהַצְלָתָה
את עמי מירקן et eripiam, liberabo cfr. Dan. III, 29. *populum
 meum*. Emphatice hic ponitur רִשְׁבֵי. Nam vox מספחוֹתָה
 ad ea se refert, quibus circa intellectum capiendorum
 et captorum occupatae erant falsae Prophetissae, astu-
 tiae studentes. Fortissima autem omnino argumenta,
 callidissime persuasoriis verbis proferenda, opus ipsis
 erant, vt, quos sub veritatis specie a recto tramite ab-
 duxerant pios, iis in posterum etiam imponerent. Sen-
 sus ergo totius Phraseos hic erit: Eripiam vobis saltim
 eos, qui seruitio meo vere se addixerunt, a vobis au-
 tem ipsi renunciare adduci se passi sunt, in libertatem
 vindicabo eos, quamuis firmissime eos teneatis, et
 omnia vndiquaque congeratis, quo facilius sicutum
 ipsis facere possitis, eripiam eos, si vel inuito cogar
 reliquos, a me plane alienos, sensu suo infelices esse.
 3) וְלֹא־דִּידְחֵיו שׂוֹد בַּיְדֵיכֶן ? מִצְרָה
 amplius, et ad voluntatem vestram circumducetis, ad in-
 star bestiarum captarum, meo potius seruitio, num-
 quam interrumpendo, denuo se totos deuouebunt.
 4) מִלְכּוֹתָה כָּרֶב est a מלכיה cfr. Ies. XLIX, 24. מִצְרָה
 יְרֻעָתָה. Quod si verbum יְרֻעָה hic in omni suo am-
 bitu sumatur, inuoluit, non tantum quod cogniturae
 sint euidentissime, sed etiam experturae vehementi do-
 lorum sensu, quod Deus Iehouah sit. Tota haec Phra-
 sis sigilli loco saepius adponitur fini prophetiarum, Deo
 inspirante prolatarum. Commonefacit homines vera-
 D citatis

citatis Dei E. certissimae expletionis eorum, quae Deus dixit, potentiae implendi ea omnia, quae dixit, citra omnia impedimenta, et maiestatis diuinae euidentissime sic manifestandae, vt horreant impii, pii autem dulci solamine erigantur.

§. XI.

Iam, permittente B. L. breuibus subiungemus, quam tuetur sententiam Anglus ille in §. Imo dissertatio nostra excitatus. Suppeditabimus primo loco ipsius Auctoris Angli verba, deinde dispiciemus, vtrum sententiae ipsius accedere possimus, nec ne. Verba Auctoris ipsa quibus in vertendis v. 20. 21. usus est, sic habent: Ecce ego contra *casses vestras*, quibus animas venamini, easque de brachiis vestris, *quibus gestare solletis*, vi eripiam, animasque, quas venamini, missas faciam. *Retia insuper vestra lacerabo*, populumque meum e manibus vestris in libertatem vindicabo: nec diutius erunt in manibus vestris praedae *retibus captae*. Versum decimum octauum sic vertit: Wehe den Frauen, welche Garne machen, um die Gelenke der Füsse aller wilden Thiere darin zu verstricken, und welche Nehe machen, um den Kopf jedes Vogels darin zu verwickeln, der sich erhebet, um davon zu fliegen. Sed quisnam sententiam huius A. ad accuratius examen revocans, male nobis vertet, quando affirmamus, eam nimis in mendo cubare, quae probationis loco adduxit A. nimis in vado esse, quam ut valida existimari queant. Probabimus, quod iamiam affirmauimus, I) concedimus lubenter verbum וְאֵת quae ad id referuntur,

runtur, metaphorice explicandum esse in Pericopa nostra. Sed probet Auctor ille, cohaerentiam, circumstantias Pericopae nostrae requirere, ut figura de aucupio desumta esse putetur. Numquam, nullatenus probare hoc poterit Auctor. Quid quod si 2) ponamus, sed nullo modo concedamus, figuram, qua loquitur Propheta noster, per se de aucupio explicari posse, nihilominus tamen Angli nostri sententiam reiciendam esse putamus, quia, ad explicandam eam vltierius et stabiendiā, Phrasium sensum, et vocum significatus determinaturus, saepius, et nimis grauiter contra regulas Exegeticas non minus, quam Philologicas peccauit. Adducemus quaedam, vt hoc eo euidentius pateat. a) Euoluat quis textum Hebraeum Pericopae nostrae, inspiciat versionem Angli nostri, nonne multa hic inserit ad Ellipses textus Hebrei, quas statuit, supplendas. Placuit hoc ipsi, vt eo maiorem veritatis speciem prae se ferret sententia ab ipso proleta. Sed vnanimi consensu iniungunt nobis optimi Exegetarum libri, in explicando textu sacro omni studio evitandum esse, ne Ellipses occurrere statuamus. Hoc praeceptum Exegetarum est, quod obseruasse neminem vñquam poenitebit, dum, id obseruantes, magno tum temporis, tum operae compendio in eruendo textu sacro in genere progredimur. 6) Quid dicemus de significatibus, quos pluribus Pericopae nostrae vocibus attribuit? Ex Arabica lingua deduci sunt. Concedimus lubentissime, non circa magnum detrimentum negligi Arabicam linguam in explicando sacro Codice, praesertim variis Prophetae

tae nostri locis. Sed hoc nimis longe extendi, et illi
 cito usurpari posse, euidentissimum est. Conf. quae sub
PRAEC. PRAESIDE nostro habita est disputatio, qua *Spon-
sus Sanguinum, et Manus super throno Dei* considerantur,
 et perlegantur, quae in hunc finem in Epistola adie-
 cta obseruatum iuit. Cl. **PRAESES.** Audiamus, quid
 de voce **פְּסָתִיחָה** adferat Anglus noster, dedit eam a
 radice **כַּסֵּחַ**, sed ecquis, linguae Hebraeae gnarus, non
 videt, hoc repugnare regulis, quas obseruare tene-
 tur ille, qui in Hebraica lingua substantium a verbo
 legitime deriuare vult. Et exinde ipsi concedendus
 non erit significatus, quem ex verbo **כַּסֵּחַ** et Arabica
 radice, cum Hebraea conueniente, dedit, cum
פְּסָתִיחָה vertit per casses s. retia, quae in capiendis cer-
 tuis adhibentur. Voces **עַל־אֲצֹל יְרֵי** vertit um die
Gelencke der Füsse aller wilden Thiere. Sed hi etiam
 significatus, citra ullam necessitatem ex Arabica lin-
 gua deducti sunt. Quo iure **מִסְבָּחוֹת** per retia expli-
 care, quo iure ex voce **קָוְמָה** exsculpere potuerit signi-
 ficatum auis, quae se effert, nos quidem non perspici-
 mus. Nam si vel vox **עַזְבָּה** auis suppleatur, anomalia
 generis in **קָוְמָה**, cum **עַזְבָּה** masculino, constructo, de-
 fendi non poterit. Praeterea in voce **לְפָרָחָה** vario
 modo errauit Auctor noster. Attribuit illi significa-
 tum auolandi, quem §. VIII. reiecimus. Vertit illam
 in infinitiuo *ad auolandum*, sed falso, dum Participium
 Pluralis numeri est, quod itidem cum **עַזְבָּה** construi non
 potest dum 1) **עַזְבָּה** singularis est, **פָרָחָה** pluralis, quae
 Anomalia numeri hic defendi non potest 2) **עַזְבָּה** mascu-
 linum est, **פָרָחָה** foemininum. Sed detorsit hanc vo-
 cem,

cem, vt aliis eo felicius fucum facere posset. Et tan-
tum de Angli nostri sententia. Omisis aliis, quae hic
adduci possent, facile patebit, nos, vt ipsi assentiamur,
nullo modo a nobis impetrare posse.

Proposuimus Angli nostri sententiam, prouti eam inue-
nimus in nouellis Hamburgensibus, in quibus relata le-
gimus, quae orbem eruditum spectant, quorum titu-
lus: Allgemeine Nachrichten aus dem Reiche der Ge-
lehrsamkeit zum Hamburgischen Correspondenten, N.10.
und 24. An.1752.

F I N I S.



D 3

NOBI,



N O B I L I S S I M O
DOMINO RESPONDENTI

P R A E S E S.

Per tres annos nunc possideo TE, qualem optaui et desiderauui, SVAVISSIME MULLER. Ab initio statim, huius temporis in Academia nostra consumti, accessisti meam in notitiam, pariter et institutionem, atque benignissimo hoc sane debeo NVMINI donum vere egregium. Natura enim omnibus, quae commendare se umquam posunt virtutis ac veritatis amantibus, eosque voluptate afficere queunt, diuitiis TE onerauerat, studiumque artes imbibendi, utiliaque et bona perdiscedi, TE optime imbutum iam atque politum fecerat, ut non solum scholasticis eximius studiis, sed et theologiae ac philologiae cognitione praecellens ele- ganter iam sum appareres. Quae cum academiae in gratiam praemunira adeo T'Esum apportares, beneque paratus aduenires, hic ita facile progressus es, ut plura omnino pree TE ferre ac vere ostendere valeas, quam plerunque in academiis colliguntur, vel capi etiam et teneri possint temporis angustia. Ut igitur pauca tantum adferam, TV in omnibus, quae Theologum gignere possunt, diligenter et doce admodum versatus es, et singulis diuinioris doctrinae disciplinis, et omni philo- logicali tractae campo, et integra philosophia. Maxime ego et lau-

laudau et admiratus sum in TE exegeticum scripturae sacrae studium, cuius insignem ac rarum TIBI acquisuisti iam apparatum, qualem paucissimi certe ita gerunt. Praeter id, quod ex laudatissimis commentariis, elegantissimis tractatibus, exquisitissimis dissertationibus hoc in genere avide et iudicose hau-
ssi, tum ex quotidianis colloquiis, tum ex collegiis meis, ar-
denter totius ebraici et graeci codicis sacri interpretatio-
nem et explicationes petiisti, ita ut fere nullum altioris momenti
et grauioris comma reliquerimus intactum. Immo lingua-
rum notitiam ad haec negotia quoque necessariam non vulga-
rem parasti, ita ut, me duce, non modo chaldaicam, sy-
riacam et arabicam, verum etiam anglicam, gallicam,
italicam probe didiceris, et in primis anglice vel gallice mecum
collocutus, me vehementer hac ratione oblectaueris. Ipsa amicitia inter nos studiis hisce arctissime nexa TE deinde etiam mihi comitem dedit optimum itineris, quod in MARCHIAM ad amicos et cognatos meos multo cum fructu animi et hilaritate,
sanitatisque promotione, quae tum fere necessaria mihi maxi-
me visa est, suscepimus, TEque ibidem omnibus doctis, aliis-
que personis, quibus immotuisti, probatum reddidisti, deside-
riumque iterandi huius iis excitasti omnibus. Opera, quam
eloquentiae sacrae pariter addixisti, nec TE vacuum esse,
et ab desideratis simis hisce partibus remotum fuit, dum concio-
nibus bene elaboratis non solum hoc loco, sed et in MARCHIA,
saepius quoque me eandem TECUM prouinciam sacram sustinen-
te, cum suauitate publice dixisti. Nec memoria excidat prom-
titudo animi ingeniique TVI, qua publicis et sollemnibus
dissertationibus meis in academia bac bis interfusti, non
otiosus auditor, sed dexterimus opponens, cum duo ci-
vium TVORVM dignissorum, PLVRIMVM REVE-
RENDVS nunc PASTOR, HARMENS, et praefens
ad huc apud nos SCHIVINGIUS PRAESTANTIS-
SIMVS, me Praefide, disputarent. Tali ex aduersario iam
strenuus

ERAL

strenuus mihi socius in disputatione euadis, auxilium meum
quaerens, licet fortissimus iam ex TE sis. Placuit enim TIBI,
nulla obligatione externa permoto, difficultum ex veteri
testamento locum explanare, meque Praesidem constituere, ut
pote quem in explanatione prophetarum etiam Praeceptorem du-
dum elegeras. Solus scripsisti hancce disquisitionem intra ali-
quot dierum spatium, facili offendens negotio, quantum futuro
tempore ex TE exspectandum sit. Nihil plane mutauit in scri-
ptione TVA, ut foetus hic TVVS TIBI soli eset adudi-
candus, credens nihil scriptum esse, quod non explicatione ubi-
riori defendi possit sciensque me quoad cardinem rei secutum
TE, ipsoque lexico meo ebraeo-orientali manuscripto,
quo genuinas verborum et phrasum significationes ex fontibus
primis deduxi, satisque stabilui, pro lubitu usum fuisse. Gra-
tulor TIBI gratiam ab OPTIMO DEO nostro et SAL-
VATORE MAXIMO datam, mentis candorem, humili-
tatem, pietatem, virtutesque plures. Commendo PAREN-
TIBVS et PATRONIS TE, CANDIDATE GRA-
VISSIME, maximopere, et me TIBI, quem patria spe
non sine ratione de TE laetata nunc a latere meo tollit, felici-
ter et diu in Deo viventi in posterum. Hoc enim in votis meis
est, ut nullo tempore e memoria TVA tollas, quam dulcem,
mibiique et TIBI gratam in Fridericana vitam transegerimus,
quam frequentes et crebros, mibiique et TIBI iucundos simul
et viiles sermones babuerimus, quam coniunctos et utriusque
adhortationibus atque exemplo excitatos persecuti simus labores:
TIBI TVOque simul fauori et benevolentiae insigniter mibi
demonstratae gratias dico perennes. Vale in paucis CARIS-
SIME. In Academia Frid. d. XII. April. CLOCCCLIII.

PRAE-

27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40

PRAENOBI LISSIMO ET ORNATISSIMO
DOMINO RESPONDENTI
AVCTORI DISSERTATIONIS DOCTISSIMO
S. P. D.
CASP. GODOFR. SCHEPLER, I. V. DOCT.

Si etiam communis nativitatis locus communem nobis, **A M I C I S S I -**
M E MüLLER! haud constituisse patriam, aliae tamen sub-
sunt causae, quae necessitatem TE amandi iniungunt potius, quam
suadent. Per totam, quam in Alma hac Fridericiana, vixisti vitam aca-
demicam ita TE omnibus bonis exhibuisti, ut quilibet in TE conspi-
ceret morum frugalitatem, sinceritatem in agendo plane singularem,
discendique ardorem summum. Hoc itaque commotus non solum in
scholis Theologicis sed etiam in Philosophicis pariter ac Philologicis
acroasis auditorem TE probasti assiduum. Ipsem et ego in meis ad
celeberrimi Ienensium Philosophi, **D A R I E S I I , I N -**
S T I T U T I O N E S I V R I S N A T U R A E et G E N T I V M
institutis praelectionibus TE semper deprebendi auditorem diligen-
tissimum. Sic vero, cooperante felici a natura **T I B I** largiter
collato ingenio, tantos in scientiis, quibus strenue operam nauasti feci-
sti progressus, ut multis palmarum praecipias. Sed si sit pedem in extol-
lendis laudibus **T V I S**, quum singularis pudor **T V V S** hoc prohibeat et
modestia. Satis specimen, quod cathedrae subiectis, doctissimum, quem-
libet de singularibus **T V I S** conuincet animi dotibus aequae ac eruditio-
ne haud vulgari. Gratulor itaque non immerito optimis Parentibus
T V I S de tanti ingenii Filio, **T I B I** vero de pulcherrimis progressibus
in rerum diuinarum praeferim studiis. Et ne prolixitas affectus epi-
stolam reddat prolixiorum, illud addo: Si reliqueris hoc Athaenaeum,
abi faustis omnibus auguriisque, quo amplioris virtutis studium TE
vocat, dignitatumque quibus natus, quibus voto destinatus, instrumenta
T I B I para. Vale interim, **A M I C E I N T E G E R R I M E**, et,
quod bucusque praesens fecisti, etiam in posterum absens me amare
perge. Dabam in Academia Fridericiana d. XI. April. 1753.

E

Vt

201
22
23
24
25

Vt sumus heiç Halae ter frugibus area trita est
Constitit atque Salae ter durum frigore littus
Ingenuis studiis sacri: iam iussu parentis
Auspiciis faustis, patrios redditurus ad agros,
Musarum quidquid docta profeceris arte
Pallade propensa cunctis ostendis **A M I C E !**
Diuini ingenii, quod habes mirabile donum,
Et, quo vix vlli semper cessisse videris,
Assidui studii bona qualiacumque tenendi
Conscendens Cathedram, quae hic amplissima splendet,
Defendis specimen, doctis insigne quod offers.
Gratulor hunc **T I B I**, quem large iam carpis honorem,
Quo **T E** qui nouit non dignum nullus habebit.
Perge, quod ipse facis, solertes perge labores,
Deque **T V A** semper resonabunt saecula laude.
Summum **T E** seruet numen saluumque senemque
Vt capiat de **T E** bene multos patria fructus.
Sic valeas quaeso! nec cui cupis, optime **M Ü L L E R !**
Quique **T V A** semper causa vult, immemor esto.

IOAN. DIET. DEIMANN. OPP.
FRIS. OR.

PRAENOBILISSIMO
DOMINO RESPONDENTI
AMICO SVO CONIVNCTISSIMO

S. P. D.

JOHANNES SCHIVING, EMBD. FRIS. OPP.

De effulgentium **T V A R V M**, **A M I C E** DILECTISSIME, virtutum,
eruditio[n]is, et felicissimi **T V I** praestantissime ingenii, maxi-
ma praecellentia, multo hic clangore dicere non posero; doctissimum hoc
et magno sane acumine conscriptum specimen sufficientius de adductis
omnibus testimonium perhibet, in cuius defensione quanta **T V A** sit for-
tudo offendes uberior. Interea tamen cum otiosum me virtutis **T V A E**
spectatorem esse noluiisti benignissime, opponentis jpartam mibi iniun-
xisti

27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40

xiisti ad quam suscipiendam , TUA semper in me collata benevolentia,
et nostra familiarissima, tenerrima intercedens amicitia mutua obstrictissimum
me fecit, quamvis me fugere pro�us nequeat, nihil ibi magis mibi
faciendum restare, quam vietas TIBI porrigerem manus. Id quod prae-
terea mibi adhuc in officiis esse duco, iterata et nunquam satis repeten-
da gratiarum actio erit, sicuti pro omni exhibito in me amore, impri-
mis pro singulari, promptissimo, nunquam satis censendo auxilio TVO,
ipsi mibi, Disputant ante aliquot dies, praesitio. Cum autem iam in eo
sit, ut Stadiis academicis hucusque emensis, ad patrios lares et TIBI et
mibi paucis praeterlapsis adhuc diebus reuertendum sit, sancta velim et
incorrupta perduret nostra amicitia, in qua conseruanda, pro virium te-
nuitate studioissime et officiosissime allaborabo semper. Denique nihil amplius
subiungam, quam quod ex imis infucati animi TIBI adprecari
possum, ut Summus, Altissimus Deus gratiae, omne quod salutis nomine
comprehendi patitur, in TE conspirare faciat. Sic vale, AMICE SVA-
VISSIME, et apprecenti faue. Dabam Hala d.X. April. 1753.

MONSIEUR,

Je me tiendrois ingrat, si je ne voullois temoigner mon cœur à Vous
en ce tems heureux. Vous etes un homme de beaucoup de merites,
tant par Votre profond savoir, que par l'amitié, que Vous avez don-
née avec honnêtete non seulement à plusieurs gens, qui ont demandé Vo-
tre familiarité, pour en devenir toujours plus doctes et plus circonspects,
mais encore à moi. J'avoue d'être hors d'état de Vous en rendre
graces dignes de ce grand bienfait, que j'ai tenu par Vous. Votre
agréable conuersation m'a rendu plus sage, plus savant, plus sociable.
Vous méritez les plus grandes louanges, mais je sai aussi, que Votre
tres exacte Vertu ni les veut ni les aime: c'est pourquoi je finis mon ap-
plaudissement, et je n'ajoute rien, que mes vœux ardents et mes sincères
prières pour Votre salut. Cependant souvenez Vous, MON CHER, d'un
Ami, que Vous avez en tous les cas trouvé et prouvé le plus sincere du
monde, qui s'appelle avec un profond respect,

A Halle,
ce 8 Avril 1753.

Votre ami et serviteur tres fidèle,
A. H. W. SOLLING,
Candidat en Medecine.

E 2

AMI-

20
21
22
23
24
25

PRAENOBILISSIMO
DOMINO RESPONDENTI
AMICO SVO AESTVMATISSIMO
S. P. D.
D. W. EINFEILD.
I. V. CVLT.

A micitiae TVAE, CARISSIME MÜLLER, vt in me caderet obli-
vio, tantum abest, vt eius potius recordatio animum meum miri-
fica voluptate perfundat, et maxima cum amoenitate reficiat. A quo
enim tempore fato, certe benigniori, mibi contigit, vt in TVAM admis-
terer dulcissimam familiaritatem, semper TE deprehendi amicum,
quem ne fingere quidem ac concipere meliorem potuisssem. Iure merito-
que nunc postulares, ob arctius nostrae initiae amicitiae vinculum, ve-
TE, iamiam me deserentem, TVA que eximias virtutes longo prosequen-
ter carmine, at veniam da dolori, animum tantopere affidenti, ut
omnem plane animi hilaritatem adimere, omnemque meditationem im-
pedire videatur. Accipe igitur, AMICE inter paucos OPTIME, be-
nigna fronte, litteras, qualescumque in hac perturbatione esse possunt,
minime quidem eleganter conscriptas, nec meae voluntati satisfacientes,
nihilominus tamen sinceri gratissimique animi, qua TIBI me aeternum
deuinclum fateor, monumenta. Gratulor, vereque gratulor TIBI ex-
optatum in nostra Fridericana studiorum finem. Gratulor specimen
Academicum eruditionis eximiae vigiliarumque testem. Gratulor TIBI
palmas, quibus TE in corona Summorum Virorum coronatum iam ani-
mo video. A summo, quod omnia moderatur, numine castis quotidie pre-
cibus contendam, vt in posterum felicissimo euentu TVA studia fortu-
net, TEque incolumem in patriam, alma sinu TE excipientem, redu-
cat. Ceterum spero considoque fore, ut nurquam desinas, me TVO
amplecti amore, quo nihil mibi umquam erit antiquius. Vale. Halae
d. VIII. April. 1753.

Freund

Freund ! tadle nicht mein Lied , das ohne Kunst erscheinet ;
Und lieber Deinen Ruhm vergift,
Als daß es um Dein Herz nicht eine Träne weinet ,
Die minder schön , als zärtlich ist .
Schon lange bebte sie dem Abend still entgegen ,
Der Deinen Fleiß zur Ruhe bringt ,
Nur meine Menschlichkeit noch stärker zu bewegen ,
Dich , mir so liebenswert , entwirkt .
Doch , keine Ferne kan verbündne Herzen trennen .
O angenehmer Trost für mich !
Wenn Du mir also nur willst Deine Freundschaft gönnen ,
Ist keine Trennung furchterlich .
Wird dieser Wunsch erfüllt , ist mir kein Glück der Erden ,
Mit allem , was sie kostbar nennt ,
So schön , als wenn wir da uns lieben werden ,
Wo uns das Schicksal nicht mehr trennt .

Gerhard Julius Coners ,
der Gottesl. Besl. aus Ostfriesl.

Ingenui dotum , studio quas semper et arte
Auxisti , specimen grator , AMICE , TIBI .
In quam descendis , quin linquas victor arenam
Nullus ego dubito . Sis memor vsque mei !
Viue valeque diu felisque , reuertere solpes
Ad patrios lares , viue valeque diu !

pauca haece adiucere voluit Praenobilissimi
Dni Respondentis amicus coniunctissimus

IO. EBER. GOSEL , S.S. TH. CVLT.
FRIS. ORIENT.

AMICE DOCTISSIME , DILECTISSIME !

Cur enim ita TE non adpellem nescio : praesertim cum badiernus
dies id ipsum iubere videatur . Dedit hoc die eruditorum orbi in-
signe aliquod singularis TVAE eruditionis specimen , quod optimo TE
cuique atque cordato penitus commendet necesse est . Ego vero , quem
ab incunabulis nostri amicum , quem ad hunc vsque diem singulari profe-
catus es amore , cur has de re non gauderem ? Nihil sane optatus , nihil
anti-

antiquius esse mihi umquam poterit, quam tantum videre amicum tam incomparabiles indefessae diligentiae fructus carpere. Non possum ergo non, quin paucis quidem ex animo id TIBI gratuler et quantum inde capiam voluptatis, significem. Faxit Deus, ut cui sacrasti conatus TVOS, patria dilectissima, quos inde expectauit uberrimos fructus, capiat. Quem in finem saluum TE atque inuolum ad patrios lares reuersum, TIBI, TVIS, mibi, christianis omnibus longos annos viuere atque valere iubeat. Sic valeas velim, et absens e memoria TVA et amicitia labi ne patiaris

amantisimum TVI atque studiosissimum


IOAN. CONR. IANSEN, S. TH. ST.
Frisium Orientalem.

PRAENOBILISSIMO ATQUE DOCTISSIMO
DOMINO RESPONDENTI
AMICO SVO AESTVMATISSIMO

S. P. D.


F. B. BETKE, S. S. TH. CVLT. FRIS. ORIENT.

Nihil mibi optatus, nihil iucundius umquam contingere potuisset,
AMICE AESTVMATISSIME, occasione hac opportunissima,
TIBI meum erga TE amorem ardentissimum publice testificandi. Gra-
tias TIBI ago maximas, quod me in numerum amicorum TVORVM
recipere volueris. Amicitiae leges omnino violare viderer, si in com-
muni amicorum gaudio applaudentibus misceri et animae laetitiam
testari nolle. Gratulor itaque TIBI, AMICE, animi sinceritatem,
quam in omnibus TVIS actionibus luculenter satis ostendisti. Gratulor
TIBI ex animo insignia TVI ingenii dona, quibus a summo numine
benignissime instrutus es. Gratulor assiduat TVAM diligentiam, cu-
muis ope doctrinam acquisisti. TIBI solidissimam, et quam diatribe TVA
insigniter monstras. Cuius defensionem felicem fore et spero et praesen-
tio. Reliquum, ut me in posterum TIBI commendatissimum habeas,
mibique faueas, enixissime abs TE peto. Vale. Dedi Halae, d. VII.
Apr. M DCC LIII.









the scale towards document

& virtutes sine meo monito manebunt, donec doctrinæ aestimantur. Unum tamen si reticerem, iniurius n, qui ex illius recordatione semper voluptatem eam summa, qua gaudes, quamque, cum Berolini in tomico meus esses socius, toties hilari cum vultu per integritas, virtus in tantum laudanda, in quantum iano salutaris. Quod reliquum est, Triunum Nux rego, ut te per multos annos salvum & incolueret, Praxin TVAM fortunet & te, de quo doctrina te TVA haud dubitare mesinit, multorum aegrorum en. Interea maximopere te rogatum volo, ut amorem, qui nullo modo haec tenus sufflaminatus est, cum a me exspectabis, quicquid ab homine TVA amanectari poterit. Dabam, ad iter in patriam præcessin Magdeburgiae die I. August. MDCCCLVI.

RAENOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO
LINO CANDIDATO
OMNIGENAM PRECATVR FELICITATEM
RECHT AVGVST. FRIDER. LOEPER,

BEROLIN. OPPONENS.

Im rotius fere Medicinæ esse fundamentum, omnes nostræ periti docuerunt, teque eandem fovere sensi in Dissertatione praesente a te doctissime obser. superque confirmat. Exquisite enim, antequam vñ prosequutus es, structuram organi exhibuisti, maius sub coelo frigido demonstrare animus TIBI uiquam id mirum erit, qui noverit, qua infatigabilis diligentia sectiones atque lectiones Celeberr. Mædicas frequentaveris. Hinc amicitia nostra, quæve saltem spatiū frui mihi contigerit, tantos tamen pī fructus, ut maximo cum dolore discessum præn. Verum, quo minus in laudes TVAS excurrant va modestia prohibet. Interim gratulor TIBI, AMICO, quod, confessis ex voto studiis academicis, sum alutari honores, tanquam praemia diligentiae TVAE, s. Gratias TIBI ago habeoque maximas, quod me

TIBI

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 0112 Patch Reference numbers on UTT